UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Iurisdictionum, Iudiciorum, & Criminum materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm CLXIIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96538

Visual Library

ipſos inquiſitos ab inquiſitione contra eos formata omnino fore abſoluendos. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Publicanorum vitium in damnum mercatorum non eſt conuertendum, & eorum temeritas, & audacia eſt compeſcenda.*

2 *Per obreptionē obtenta uiribus carēt, et impetrantib. nõ opitulã tur præſertim cõtra pacta, & leges, quæ ab eis ſeruari debēt.*

3 *Datiarij bannum contra fraudantes aliter, quam in eorum pactis, & capitulis contineatur, fieri impetrantes non banno, ſed capitulis, & pactis uti debent, bamnumq; illud eſt nullum.*

4 *Pœna uectigalis commiſſi quando duplum eſſe debeat.*

5 *Fraudandi uectigalis animum non habuiſſe ex quibus quis cognoſcatur, & nu. 7. et quando eius iuramento, quòd noluerit fraudare, ſit ſtandum nu. 8.*

6 *A dolo qualibet cauſa etiam iniuſta, & quælibet credulitas etiam fatua excuſat.*

9 *Fraus, & dolus ab agente ſe in illis fundante probari debent, præſertim quando præſumptio eſt pro reo.*

10 *Qualitas in libello, ſeu in inquiſitione propoſita eſt probanda, alioquin reus abſoluitur.*

11 *Interpretatio ſemper facienda, ne ſit delictum, uel fraus, præſertim contra publicanos.*

12 *Fraudem non commiſit, nec in commiſſum incidit, qui cum mercibus in itinere exiſtens pœnitentia ductus redijt.*

13 *Tempore permiſſo in dubio quid factum pręſumitur.*

14 *Denunciatio quando ſcienti non ſit facienda, ſed ſimplex ſcientia ſufficiat, ēt ſi denunciatio eſſet requiſita, & quando ſecus.*

15 *Paſſagium facere quis dicatur.*

16 *Denunciationē ſiue ante, ſiue poſt actū fieri quando non referat.*

17 *Prouiſio, & pœna iuris communis ceſſant per prouiſionem, & pœnam ſtatuti.*

18 *Licentia requiſita quando etiam ex interuallo, & poſt actum petī poſſit, & ſufficiat.*

19 *Licentia quot modis ſumatur, quando ſit de ſubſtantia, & ante actū petenda, & quando ēt ex interuallo illam peti ſufficiat.*

20 *De forma, & de ſubſtantia quæ eſſe dicantur.*

21 *Cardinalium abſentium expectatio pro electione pontificis nõ eſt de forma.*

22 *Teſtis ſuſpectus eſt, qui tractat de ſuo ĩtereſſe, et de ſe exonerãdo.*

23 *Officialis datiariorum poteſt ipſis datiarijs præiudicare.*

24 *Sententia lata à iudice poſt legitimam allegationem ſuſpitionis cum proteſtatione, quòd in negotio principali non ſit ad ulteriora procedendum, eſt ipſo iure nulla.*

EPITOME.

MERCATOR ab inquiſitione contra eum formata ratione fraudis, quam datiarij dicebant ipſum cõmiſiſſe, ob non petitam, & ob non factam denunciationem de extrahendo frumentum.

Nec non à pœna banni intentata contra tenorem capitulorũ ſuorum, hic cõtra datiarios defenditur.

CONSILIVM CLXIIII.

IN cauſa cuiuſdã aſſerti fraudati uectigalis ɔ̃ Abraã hebræũ mota, conſiliis mihi exhibitis diligenter inſpectis, uno videlicet clariſſimi Iuriſconſulti do. Petriantonij Petrę, altero vero eximij doctoris do. Ioannisbaptiſtæ Gordi Rauennatenſis dicti Abraã aduocati, illiſq;, ac toto proceſſu cauſæ rectè conſideratis, in Gordij ſententiã, quã veriorē, & æquiorē puto, condeſcendo, illã prius confirmãdo, & ſucceſſiuè obiecta reſoluendo. Et cũ tota vis præſentis conſultationis à banno Magnifici do. Gubernatoris, & à capitulis cõitatis Rauennæ, quibus datiarij uectigal conduxerunt, dependeat, in primis concludēdũ vř, ꝙ aſſertũ bannum ad inſtantiã, & requiſitionem dictorum publicanorũ emanatũ tanquã obreptitiũ, & eorũ dolo ɔ̃ formã ſuorũ capitulorum obtentũ, & publicatũ ipſis non patrocinetur, poſito verũ eſſe, illud fuiſſe publicatum, ſi.n. à gabellarijs inſtantibus
narratus fuiſſet do. Gubernatori tenor capiteulorũ,
quibus datiũ conduxerunt, & uectigal exigere, ac
fraudantes mulctare ex conuentione debebãt, pro-
culdubio idē do. Gubernator ſic aliter, quam in capi
tulis continebatur, proclamare non iuſſiſſet, cũ ve-
riſimile non ſit, iniuriam inde prouenire, unde iura
1 naſci ſolent l. meminerint, C. vnde vi, nam † vitium
obreptionis dictorum publicanorũ non eſt in dam-
num mercatorum conuertendũ, arg. c. 2. 16. q. 6. qui-
nimmo eorum temeritas, & audacia eſt compeſcen
da, prout antiquitus prætor edicta proponendo ob
eorũ fraudes facere nixus fuit l. 1. §. dixerit, & l. quã-
2 tæ, & per totũ, ff. de publica. qm̃ † ea, quæ per obre-
ptionē ſunt obtenta, uiribus carere debent, & impe-
tranti minimè opitulari poſſunt, & præſertim ɔ̃ pa-
cta, & leges, quibus publicani uectigalia conduxe-
runt, ad quorũ obſeruantiã tenētur, l. cęſar, ff. de pu-
blica. l. penes cum ſeq. C. eo. ti. l. ſi quis obrepſerit, ff.
de falſis, l. 2. & l. ſi legibus, C. ſi ɔ̃ ius, vel vtil. pub. l. ſi
prætor, §. marcellus, ff. de iud. l. magis, §. manet, ff. de
rebus eorũ, l. 1. ff. de natal. reſti. & ad no. per ſcriben.
3 in c. ſuper literis extra extra de reſcrip. Sed † datiarij
à Gubernatore ciuitatis Rauennæ impetrarunt ban
niri, ꝙ hi, qui frumentũ, aut aliud genus bladi extra
territoriũ extrahere, aut extrahi facere uolunt, hoc
facere non poſſint abſq; licentia, & bulletta ipſorũ
publicanorũ ſub pœna incidendi in commiſſum, &
unius ſcuti pro quolibet ſtario contrafacienti impo
nenda, vt latius in dicto bãno cõtinetur, in quo cum
nulla facta fuerit mentio eorũ, quæ in capitulis cũ ip
ſa cõitate factis, & conuentis habētur, in quibus aṙ
cauetur, videlicet ꝙ quilibet vendens, aut tranſitũ fa
ciens cũ frumento, & bladis cuiuslibet ſpeciei, ſi da
tiarijs non denunciabit, ilico cadat in pęnã bonone
norũ uiginti pro quolibet ſtario applicandã &c. à q-
bus capitulis datiarij minimè poſſunt recedere, niſi
de conſenſu cõitatis, à qua cauſam habuerunt arg. l.
ſicut, C. de actio. & obli. & l. 1. C. de frumen. Alex. lĩ.
11. ſequitur ergo, ꝙ dictũ bannũ, & proclama tãquã
per obreptionē obtentũ nullius roboris eſſe cenſe-
tur, quia in banno derogandũ erat capitulis, quæ vi
cē legis obtinebant, l. cæſar. ff. de publica iunctis ijs,
quæ habentur in l. fi. C. ſi ɔ̃ ius, vel util pub. ſi. n. ipſi
Gubernatori expoſitũ fuiſſet de capitulis, & illorũ
tenore, non eſt veriſimile, ꝙ ſic conceſſiſſet ɔ̃ capi-
tula, quę inter cõitatem, & datiarios ſunt conuenta,
atq; promiſſa, quia prætor ait, pacta ſeruabo, l. iuriſ-
gentiũ, §. prætor ait, ff. de pactis: Datiarij igitur non
banno illo, ſed capitulis aduerſus fraudantes vti de-
bent. An aũt do. Gubernator ex ſuo mero offõ non
implorato, & ſic motu proprio id facere potuiſſet,
nõ diſcutio, cũ de hoc in præſentia non ambigatur.
Sed dictus Abraã capitulis non ɔ̃uenit, quia capitu-
la dũtaxat illos afficiunt, qui vēdere, aut tranſitũ cũ
bladis facere volunt, ſi datiarijs nõ denunciauerint,
& ɔ̃ ipſum Abraã inquiſitũ non fuit, ꝙ vendiderit,
nec, ꝙ tranſitũ fecerit, ſed ꝙ nauē onerari, illamq;
extra territoriũ ſine licentia, & bulletta conduci fe-
cerit in præiudiciũ dictorũ conductorũ gabellæ, er-
go non cenſetur incidiſſe in pœnam capitulorum
hunc caſum non comprehendentiũ. Pręterea in ca-
pitulis cautum eſt, ꝙ quicunq; frumentum, aut a-
liud genus bladi in ciuitate, vel comitatu emerit,
non poſſit illud extrahere, nec ad alia loca tranſue-
here, ſeu conducere, niſi prius datium ſenſariæ ſol-
uerit ſub pœna dupli eius, quod erat ſoluendũ, con-
tra Abraam aũt agitur ad amiſſionē frumenti, & ad
pœnã unius ſcuti pro quolibet ſtario, & ſic alio mo
do, quam per capitula ſit cautum, male igitur con-
4 tra eum proceſſum fuit, quia † ſi dici poteſt, ipſum

aliquã pęnam incidiſſe, ad plus teneri deberet ad du
plum eius, quod ſoluere debebat ex eo, ꝙ non in do
lo, ſed in culpa potius fuiſſe vr̃ per prędicta, & hoc ar
gu. tex. cum glo. in verbo diui in l. fin. §. diui quoq;,
ff. de publica. & Salice. in l. ſi fugitiui, C. de ſeruis fu-
gitiuis. ¶ Rurſus dico ipſum Abraàm nullo modo
puniendum eſſe, cum ꝯ illũ agatur ex eius dolo, &
fraude ex propoſito, ut in proceſſu, & de iure cõmu
ni iſtud requiritur arg. l. interdum, §. licet cũ gl. ff. de
publica. Sed ipſe dolo, & fraude penitus caruit, ergo
5 &c. Quod quidem conſtat † primo, ex quo frumen-
tum extra territoriũ conducendũ officialibus datia
riorum denunciauit, vt ferè omnes teſtes pro eius
parte examinati optimè probant: quo fit, ut ipſe nõ
dicatur animũ fraudandi habuiſſe, tũ quia fiſcali, &
officialibus datiariorũ denunciauit arg. l. fi. §. diui,
ff. de publica. l. 1. C. de canon. frumen. li. 11. & l. uni-
ca, ibiq; Bart. C. de litto. & itine. cuſto. lib. 12. tum
quia Abraàm à datiarijs bullettam habuit, ueluti af-
firmant plures teſtes, & præcipuè do. Gerius tertius
teſtis, qui erat officialis deputatus à datiarijs ad ſcri
bendum bullettas, qui deponit ſe illam de dicto fru
mento ipſi Abrahæ feciſſe, tum quia conſtat, Abraã
officiali, ſeu illi, qui loco officialis erat, bullettã præ-
ſentaſſe, aut præſentari feciſſe argu. clemen. 1. §. vo-
lumus cum glo. de foro competen. tum etiam quia
Abraàm habuit à fiſcali mandatum de conducendo
frumẽtum, ut hr̃ in proceſſu charta 107. Nec refert,
an bulletta fuerit ſeparatim à mandato ab officiali-
bus facta, dummodo fuerit præſentata ante, q̃ fru-
mentum extra territorium conductum fuerit: Ex
quibus clarè conſtat, ipſum nõ habuiſſe animũ frau-
6 dandi, hæc. n. fraudi repugnant d. § diui, & † quælibet
cauſa ẽt iniuſta, & quælibet credulitas ẽt fatua à do-
lo excuſat. l. igitur, §. põt, ff. de libera. cau. gl. in l. 1. in
fi. ff. de abigeis, & in l. plagij criminis, ibiq; Angel. ff.
ad leg. flauiã de plagiar. Ang. in l. 1. circa finẽ, ff. de
eo, per quem fac. erit, Iaſ. in l. ſi quis maior in 1. col.
C. de tranſactio. Præterea concurrentibus præmiſ-
7 ſis, † ex quo palã, & de die coràm pluribus perſonis
frumentum fuit menſuratum, & in naui repoſitum,
ceſſat fraudis ſuſpitio. l. pupillus, §. fi. & ibi Bar. ff. de
auctor. præſtan. & l. ſi is, qui bonis, ff. de acq. hær. Ceſ
ſat ẽt præſumptio doli, & fraudis ex eo, ꝙ frumentũ
per itinera, & loca conſueta conductũ fuit l. 2. l. ſi qs,
& ibi Bart. C. de curſu publi. lib. 10. l. qui fiſcales, ubi
caſus, & Bar. C. de nauicul. eo. lib. l. cum proponas,
ibiq; Bald. in ulti. col. Salic. & alij, C. de nauti. fœno.
Bal. Sal. Pau. & alij in d. l. ſi fugitiui, C. de ſeruis fugi-
tiuis, ubi ex præſumptionibus colligitur, an condu-
cens bladum habuerit animũ cõmittendi fraudem,
ut quia palàm de die, & per iter conſuetũ nauigaue-
rit, ſeu iter fecerit: Itẽ conſideranda eſt qualitas con-
ducentis, an ſolitus fuerit fraudare, nec ne, ut ibi hr̃:
Sed pro parte Abrahę fuit per plures teſtes probatũ
ipſum eſſe hominẽ probũ, fidelẽ, & non conſuetum
fraudare, igitur eſt pro illo præſumendum, ꝙ fraudẽ
aliquam pro illo cõmittere noluerit ad tradita per
Baldum in l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſco-
pis, & clericis, & in dicta. l. ſi fugitiui. Adde, ꝙ Abraã
fecit, quicquid potuit, omniq; diligentia uſus fuit,
vt bullettam ab officialibus conſequeretur, veluti te
ſtes deponunt, ergo ꝯ illum non eſt præſumendũ.
l. qui autem, & ibi Bart. ff. de his, quæ in fraudem cre
dito. in §. item apud labeonem. Accedat ad hæc,
8 † ꝙ cum multa bonam fidem illius, & ab eo fraudẽ
abeſſe arguant, vt ſupra dictum eſt, ſequitur in hoc
dubio eſſe in tantum pro ipſo præſumẽdum, ꝙ eius
iuramento eſt ſtandum, ꝙ noluerit fraudare, præ-
ſumptionibus prædictis pro ſe concurrentibus, vt
voluit Bald. in dicta. l. ſi quis non dicã in fi. ...
tio. argu. l. vnicæ, C. de litto. & itin. cuſto. lib. ...
9 ideò pars aduerſa, quę in fraude, & dolo ꝯ ...
agendo ſe fundauit, debet ſuccumbere, niſi ...
& dolum rei conuenti probauerit, quia in d...
ſumptio eſt pro reo argum. not. per gloſam ...
10 clem. fi. de reſcrip. item quia † qualitas in libe...
inquiſitione intentata, ac præſuppoſita eſt ...
da, alioquin reus abſoluendus eſt l. titius, & ...
ff. de teſtam. mili. & latè habetur per Alex. in ...
145. aliàs eſt conſi. 3. in 2. uol. in fi. 2. col. & ...
per Spec. & Io. And. in titu. de appellatio. §. ...
ſed ſecundum præmiſſa, & in tit. de donatio. ...
11 ſic. item pone aliquis, † ſemper. n. facienda e...
pretatio, ꝙ non deliquerit, nec fraudem co...
rit. l. merito, ff. pro ſocio, & optimè habetur ...
in l. non ſolum, §. ſed & reprobari, ff. de no...
nunciatio. & per Abbatem in c. pręſentia de ...
in 3. col. & præſertim hęc præſumptio ꝯ pu...
agentes eſt facienda. l. quantę, & l. cæſar, ff. de ...
12 ca. immò † ſi in principio nauigationis, & p...
nis ex portu non appareret de profeſſione ...
ris, & dum eſſet in itinere, ipſum pœnituer...
uerſus fuerit, & poſtea bullettam, & licent...
ficiali acceperit, non cenſetur in commi...
diſſe, vt voluit Ioan. And. in additio. ad Sp...
uer. ſed incidit in titu. de conſtitutionib. p...
ibi in verſic. pone ſtatutum, & hr̃ in d. l. ſi fu...
in d. l. cum proponas, ibique Salic. ante fin...
nauti. fœno. ergo ex quo pro parte datiari...
propoſita in inquiſitione, eorumq; petitio...
ta non fuit, magis excuſandus erit ille, qui a...
gationem officiali denunciauit, & quoad p...
procurauit bullettam habere, prout fecit ...
quãuis illã fortè tempore requiſito habere ...
tuerit. Quinimmò, vt in proceſſu conſtat ...
tione do. Darij officialis, qui tunc erat vnus ...
rijs, die quarta auguſti, qua die præſuppon...
nũ fuiſſe cõmiſſum, Abraàm ab ipſo do. Da...
lettã acceperat, & dicta die deſcriptus fuit ...
libris gabellariorũ pro gabella dicti frumen...
betur in proceſſu charta 77. & 95. Nec con...
proceſſu ꝙ ante petitam licentiam, & ante b...
tam traditam Abrahæ ipſe ex portu profect...
rit, nec legitimè conſtat nautã cum frumen...
13 fretaſſe, ergo † in dubio præſumendum eſt li...
tiam tempore debito petitam, & bullettam ...
fuiſſe, & ſic ante nauis receſſum per ea, quæ ...
Bart. in d. l. non ſolum, §. ſed & reprobari cum ...
Præterea ſi officiali etiam denunciatum fuiſſe...
quam frumẽtũ fuit oneratum, adhuc vr̃ ſatiſfa...
capitulis datiariorum, quę ſimpliciter denun...
nem faciendam requirunt, nec ſe reſtringunt ...
tum tempus, quo id fieri deberet, ergo dũmo...
factum reperiatur ante, q̃ delictum fuerit co...
tum, & ſic ante, quàm nauis ex portu profect...
ſufficit, quia benignior ſemper interpretatio ...
cienda, vt ſupra: Sed proculdubio Abraàm ...
nẽ frumenti denunciauerat, ut ſupra, & infra ...
ſumptione probationum latius conſtabit, erg...
14 Vlterius † cũ denũciatum fuerit dño fiſcali, ...
vicegerenti, qui in ſcriptis Abrahæ licentiã, & ...
datum menſurandi, & conducendi frument...
dit, illudq; datiariis præſentatum fuerit, velu...
res teſtes, ac etiã ipſe Treſſius officialis teſtifica...
ſequitur, ꝙ in notitiam eorum tranſiuit, & p...
rea cum ſemel fuerint certiorati, non debuer...
terius certiorari cap. eum, qui certus cum ali...
legatis de regulis iuris in 6. Et ideò alia denu...
tio neceſſaria non fuit, vt in l. 1. in fine, ff. de a...

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

empt.l.fi.ff.de tranſactio.l.emptor ff. de euict. l. 1. §.
quint,& §.ſi intelligatur, & l.ſi tamē.§. ei, qui ſeruū,
ff.de ædilitio edict.niſi in iis, in quibus denunciatio
eſſet de ſubſtātia, nā tunc ſimplex ſcientia non ſuffi-
ceret,l.denunciaſſe in princ.ff.de adulteriis,at in iis,
in quibus ſimplex ſciētia requiritur, regulariter ſciē
non requiritur denūciatio:Et quāuis regulariter, &
in dubio ſimplex ſcientia dicatur de ſubſtantia,tamē
ſecus eſt in denūciatione,cū denunciationes fieri ſo
leant ad hoc ſolū,ut quis certioretur ſecundum Dy-
nū,in d.c.eū,qui in fi.uerb. Denūciatio igitur in ca-
ſu occurrenti à capitulis requiſita cenſeri debet ne-
ceſſaria ad ſolā uictoriā, & non ad ſubſtātiam actus:
quo fit, ut ſufficiat ſimplex ſcientia abſq; eo, ꝙ alia
fiat denunciatio,Sed proculdubio præſupponitur,ꝙ
officialis datiariorū ſciuit, tum ex pręſentatione mā
dati habiti à fiſcali,tū ex petitione bullettæ,quæ no-
mine Abrahæ petita fuit,ut infra demōſtrabitur,igi-
tur &c.¶Pręterea poſito abſq; ueri pręiudicio denū
ciationē eſſe de ſubſtantia, adhuc tamen illius omiſ-
ſio nō præiudicaret, quoniā ea requiritur ſolū ex par
te uenditoris frumenti,& illius, qui per territorium
Rauennæ tranſitū faceret,ut cōtinet in capitulis ibi,
15 *&ogni perſona,che venderà,o farà paſſagio con grani*, Et† paſ-
ſagiū ille intelligitur facere,qui ſiue ſit forenſis,ſiue
de ciuitate,aut territorio Rauēnæ ueniens de alieno
territorio ad alia loca per territorium dictę ciuitatis
Rauennæ uadat,ſeu nauiget,ut in c.1.in fi.de pace te
nen.in uſu feudorū,& arg l.per agrum,C.de ſeruitu.
16 Rurſus† in caſu noſtro,ut dictū eſt,facta fuit notifica
tio,ſeu denūciatio ſi non ante menſurationē frumē
ti,ſeu ante nauē oneratam,ſaltem expoſtfacto,quod
uidetur ſufficere, cum in capitulis nō requiratur de-
nunciatio ante fieri , ſed ſimpliciter, ergo ſiue ante,
ſiue poſt,dummodo ad notitiā,& ſcientiam officia-
lii deducatur,arg.l.item ueniunt,§.petitā,ff.de peti.
hæredita.& eorū, quæ habentur in d.c. eum, qui: Et
17 ſex quo per capitula cōmunitatis ꝓuiſum eſt de mo
do denunciandi,& de pęna, in hoc prouiſio iuris cō
munis ceſſare videtur,Bar.& Alex.in l.qui rem, ff.ui
bonorum,rap.Bal.in l.1.in 11.oppoſi.C. de ſum.tri-
ni.& fide cathol.in l.placet,C.de ſacroſanct.eccle.&
in l.data opera,C.qui accuſa.non poſſ. Spe. in tit. de
pœna temer.litig.& in tit.de accuſa.uerſ.pœna ſtatu
ti,Imol.in l.2.ff.de publ.iud.& Bald.in l.non eſt no-
uum,ff.de legi.¶Nec refragatur bannum à domino
Gubernatore ad inſtātiā publicanorum emiſſum,in
quo requiritur,ꝙ etiā extrahentes frumentū ſub pœ
na teneantur licentiam petere,quia reſpondetur pri-
mo,ut dictū fuit, ꝙ proclama, ſeu bannum nō eſt in
conſideratione habendū,ſed ſolum capitula cōmu-
nitatis,cū quibus gabellarii datium cōduxerunt.Se-
cundo præſuppoſito abſq; ueri præiudicio , licētiam
uirtute banni peti debuiſſe,ea† tamen nō fuit de ſub-
ſtantia taliter,ꝙ ab initio, & ante menſurationē, ſeu
ante,quàm nauis ex portu profecta eſſet, petenda fo
ret,quoniam illa ſolum ad notitiam, & ſcientiam re
quiritur,& ideò ſatis fuit illam etiam expoſtfacto,&
ex interuallo petere per ea,quæ ſunt dicta de denun-
tione,nam ſtante hoc, ꝙ licentia regulariter non ſit
de ſubſtantia,& de forma,ut uerum eſſe arbitror, &
ex præmiſſis infertur , quamuis dominus Petruſan-
tonius Petra contrarium probare nixus fuerit,ſequi-
tur,ꝙ etiam ex interuallo peti potuit, & ſi cōſtet of-
ficiales fuiſſe aliter certioratos , licentia non fuit ne-
ceſſaria,quoniam cum ea ſuccedat in locum denun
ciationis, & conſequenter ad effectum notitiæ in ca
pitulis requiſitæ,idem eſt de illa dicendum,quod ſu
pra dictum fuit de denunciatione,quia ſubrogatum
ſapit naturam eius, in cuius locū ſubrogatur,l. ſi eū,
§.qui iniuriarum,ff.ſi quis cautio.cum ſimili. Quòd
autē in caſu noſtro licentia ab initio requiſita nō ſit
de ſubſtātia,nec de forma,ſed requiratur tāquā ſim-
plex conſenſus, & ad effectū ſimplicis notitiæ, clarè
19 demonſtratur,nā† licentia quādoq; ſumitur pro au-
thoritate,quādoq; pro conſenſu, & conſilio, ad tra-
dita,per Ange.in l.ſi quis mihi bona,§.iuſſum,& ibi
Alex.ff.de acqui.hære.& per Archi.in c. quidam 18.
q.2.Et pro auctoritate capitur,& ſic de ſubſtātia cen
ſetur,quando eſſet neceſſaria licentia ſuperioris,cu-
ius principaliter nō intereſſet, nec de cuius præiudi
cio principaliter ageretur,ut dicitur de cōſenſu,per
ea,quæ uolunt Alex.& alij,in d.§.iuſſum,& arg.§.ne
que Inſtitu. de aucto.tuto.& l.obligari,§.tutor,ff. eo
tit. At quando requireretur licentia etiam ſuperio-
ris,de cuius intereſſe,& præiudicio ageretur,tūc illa
nō dicitur eē de ſubſtātia,nec de forma taliter, ꝙ ē
expoſtfacto peti,& per æquipollēs adimpleri poſſit,
ut colligitur ex iis,quæ Ale.& aliis uolunt,in d.§.iuſ
ſum loquentes de cōſenſu, auctoritate, & ſimilibus
Sed in caſu noſtro dato, ꝙ licentia ab initio requiſi
ta eſſet neceſſaria,tamē nō poteſt dici de forma,nec
de ſubſtātia , quia bannū loquitur de licentia danda
ab officialibus,de quorū præiudicio, & intereſſe agi
tur,cū licentia officialiū à banno requiratur, ne ipſi
in ſolutione datii fraudentur, ergo ea non poteſt di-
ci de forma,ſeu de ſubſtantia per ea, quæ uoluit Do-
mi.de ſancto Gemi.in c.ut circa,§.1.col.vlti.de elec.
in 6.glo.in c.1.in uer.tertia 75.diſt.& Card. in clem.
cauſam.§.pen.col.1.de electio.ibique Ioan.de Imol.
& Bart.in l.uniuerſa,C.de preci.imper.offeren. Præ
terea nō uideo,quomodo in caſu,de quo agitur, de
nunciatio,ſeu licentia,de qua in capitulis, ſeu in bā
no habetur,poſſit dici requiſita ꝓ forma, uel eſſe de
ſubſtantia,cum non agatur de ſolennitate,ſeu ordi-
ne diſpoſitionis,uel actus legitimi,ſed de quadā ob-
ſeruantia ad pœnam euitandam , Et propterea licet
denunciatio,ſeu licentia facta,uel petita nō fuerit,ta
men nauigatio , ſeu exatractio frumenti non poteſt
20 dici nulla ex defecto ſolēnitatis,uel formæ,quia† de
forma, & ſubſtantia illa eſſe dicuntur, quæ pro ſolen
nitate diſpoſitionis , uel actus legitimi à ſtatuto, uel
lege inducta obſeruari debent per id,quod habetur,
in l.1.ff.de uerborum obliga. ut ꝙ in teſtamento te-
ſtes ſeptē interuenire debeant,& ꝙ fuerint rogati,&
aliter exemplificando ſecundū ſcribentes commu-
niter ꝑ Alex.in d.l.1.& in l.1.ff.de liberis , & poſthu-
21 mis,& per Fel.in c.cum dilecta de reſcrip. Hinc† ex-
pectatio Cardinalium abſentium ad electionem Pa-
pæ faciendam non dicitur eſſe de forma, quia nō re-
quiritur pro ſolennitate,ut habetur per Card.in cle-
men.ne Romani de elect. & faciunt notata per Are-
tin.in d.§.iuſſum,cum aliis allegatis per Mod in d.c.
cum dilecta in uer.primum ſignum in 2.colum.¶Et
ex prædictis ferè omnia ex oppoſito cōſiderata ſunt
reſoluta,quæ ex infra dicendis etiam melius enerua
buntur : Nam ulterius conſiderando , quòd in caſu,
de quo agitur,omnia dependent à contentis in pro-
ceſſu,ideo,ut de innocentia dicti Abrahæ clarius in-
noteſcat , illa compendioſè reaſſumo : Et in primis
Baldaſſar Treſſius bis pro parte datiariorum exami
natus , ut in charta 2.& 112.aſſerit ſe fuiſſe datia-
22 riorum officialem, &† propterea parum eſt illi cre-
dendum,cum tractet de ſuo intereſſe,& de ſe exone
rando,ſua enim intereſt ratione lucri, quod ex con-
demnatione Abrahæ conſequi prætendit, l.2.l. eos,
& l.omnibus,cū gl.C.de teſti. Pręterea ipſe ad fauo-
rem Abrahæ in hoc deponit, ꝙ die 4. auguſti anni
1546.Abraàm ſibi ut officiali bullettā factam à datia
riis præſentauit:Et quāuis dixerit illā non eſſe bonā

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& reiecerit, tamē in hoc nō eſt ei credendū, cū ad il-
lū non pertineat iſta iudicare, & facere: igitur magis
pro Abraàm, q̃ contra facere videtur, arg. no. per gl.
per illum tex. in c. pręſentia extra de probationibus.
¶ Secūdus teſtis Dominicus Venetus inductus pro
parte publicanorū ſuper x. capitulo dixit ſe audiuiſſe
Baldaſſarē Treſſiam officialē aduerſus Abraàm dicē
tem, ꝙ bulletta, quā Abraàm præſentauit, non erat
bona, quia non erat ſubſcripta: Notandū eſt, ꝙ teſtis
probat, Baldaſſarē fuiſſe officialē, & bullettam illi ab
Abraàm fuiſſe præſentatā, & licet audiuerit Baldaſſa
rē dicentē, illam nō eſſe bonā, nec ſubſcriptā, tamen
nō concludit, cū de uerbis prolatis ab officiali depo
nat, & ſic de auditu, ac etiā quia ad officialē nō perti-
nebat talia iudicare ꝑ prædicta. Rurſus & ſi ſuper xj.
capitulo dicat, ꝙ nauta recepto quodā frumento le-
uato uelo diſceſſit cōtra uoluntatē officialis, tamen
nomē nautæ non expreſſit, nec, quis ille fuerit, decla
rauit, & propterea illius dictū eſt dubiū, & conſequē
ter fidē nō facit d. c. in præſentia, & l. nō hoc. C. unde
legit. Præterea & ſi teſtis de nauta ipſius Abrahæ, qui
Baldaſſar Doria uocabatur, intellexiſſet, tn̄ ex quo ip
ſe, uel alius nomine Abraàm bullettā præſentauerat,
& licentiam à datiariis habuerat, ueluti dominus Ge
rius unus ex gabellariis teſtificatus eſt, itē & ipſe A-
braàm mādatum, & licētiā à fiſcali habuit, ſequitur,
ꝙ dictus nauta potuit etiā inuito officiali p̄dicto re-
cedere, quia ad officiū ſuum nō ſpectabat impedire
aliquos nauigare, poſtquā bullettæ fuerant ſibi præ-
ſentatæ, & notitiā de frumēto uehēdo habebat. Nec
23 aduerſatur, ꝙ † officialis non potuerit ipſis datiariis
præiudicare, nam hoc eſt contra tex. in c. 1. de reſtit.
ſpolia. ¶ Tertius teſtis Martinus Gioccus pro gabel-
lariis examinatus ſuper quinto capitulo deponit de
uerbis à Baldaſſare officiali aduerſus Abraàm prola-
tis, ꝙ nauta receſſerit abſq; eo, ꝙ ſibi bullettam præ-
ſentauerit, cui Abraàm per hæc uerba reſpondiſſe te
ſtificatur, *io ſo, che li ho data la bulletta.* Dictum igitur hu
ius teſtis ſuper hoc quinto capitulo parum facit con
tra Abraàm, immò potius pro illo. Et ſuper ſexto ca-
pitulo idē teſtis ultra uerba ab officiali prolata depo
ſuit, ꝙ dum officialis aduerſus Abraàm conquereba
tur, ſupuenit quidā nauta, & ipſi officiali dixit, *toglie-
te, queſta è la bulletta, che m'ha laſſata Baldaſſar Doria*, & ita
illam officiali dimiſit: Quæ omnia uidentur dictum
Abraàm à fraude excuſare. Et quāuis idem teſtis ſup
ſeptimo capitulo deponat de quibuſdam uerbis offi
cialis dicētis bullettā illā nihil ualere, & nō eſſe ſub-
ſcriptā à datiariis, tamen hæc Abrahæ nō nocent, ut
dictū fuit. Pręterea teſtis mentitur, ꝙ bulletta nō fue
rit à datiarijs ſubſcripta, quia cōtrarium teſtificatus
eſt dominus Gerius unus ex datiarijs, qui melius, q̃
facit, ad fauorem Abrahæ deponere nō potuiſſet, ut
infra dicetur, cui do. Gerio tanquam uni ex ſociis ga
bellariorum magis credendū eſt, quàm dicto ipſius
officialis. Alia, q̃ idem Martinus teſtis depoſuit, ſunt
ad Epheſios, & ideò illa p̄termitto. ¶ Quartus teſtis
Frāciſcuſmaria ſuper ſexto capitulo deponit de eiſ-
dem uerbis ab officiali prolatis, de quibus Martinus
teſtificatus fuit, & ꝙ interim loquente dicto officia-
li, præſente adhuc ipſo Abraàm, quidā nauta habens
quandam bullettam in manibus illam officiali præ-
ſentauit dicens, *togliete, queſta è la bulletta, che mi ha laſſa-
ta Baldaſſar Doria, perche io ue la dia*, & officialis eam rece
pit, quæ uerba potius ad fauorem Abrahæ, quàm cō-
tra faciunt, & quo ad illa hic teſtis, & Martinus ſunt
conteſtes; Et licet ipſe etiam ſuper ſeptimo capitulo
dicat officialem legiſſe bullettam, & dixiſſe illā non
eſſe bonam, nec ſubſcriptā, tamen hoc Abrahæ non
nocet, quia ꝙ non fuerit bona, hoc iudicare ad offi-

cialē nō pertinet, ac etiam quia ratio, quare n
ſet bona, non eſt uera, falſum eſt. n. ꝙ non fu
tiariis ſubſcripta, ut ſupra dixi. Præterea hi d
mi teſtes nō dicunt bullettam nō eſſe bonā, ſe
nūt de uerbis, quæ ab officiali audiuerāt, & ſic
ditu alterius, ergo &c. Teſtes ergo ad fauore
canorū recepti, potius ad fauorem Abrahæ, q̃
eū deponere vidētur. ¶ Venio nūc ad dicta t
pro parte Abrahæ productorū, de quibus ide
cludendū eſt, nā primus teſtis D̄nicus Miſo
ſuper primo capitulo depoſuit, ꝙ ipſe eund
ciales cauſa habendi bullettā pro quadam fr
quantitate, rogatus fuit ab Abraàm, ut etiam
mine bullettā acciperet pro curribus decem
frumenti Baldaſſare Doria Venetias cōduc
ipſe teſtis poſtea oblitus illā nō accepit: quo
Abraàm valdè ægretulit, & ſtatim poſtea a
uerſus fuit gratia cōſequendi bullettā, ex qu
ligitur, Abraàm nō habuiſſe animum frauda
clàm extrahendi dictū frumētū. Depoſuit e
teſtis cōſuetū eſſe, ꝙ quando aliqui uolūt e
frumentū ex ciuitate, uel territorio Rauen
eſt nautas, uel dominos habere licentiā à fi
ab officialibus gabellariorum: Itē depoſuit,
lis habuit notitiā dicti frumēti Abrahę, & q
nulla aduerſus officiales fraude uſus fuit: q
dictū Abraàm à fraude excuſant. ¶ Secund
Laurentius Vulterę teſtificatus eſt Abraàm
ſe onerari nauē Baldaſſaris Doriæ abſq; lic
cialis, & cū dictus officialis receſſiſſet, dū na
rabatur, Abraàm ipſum quęrebat, ut ab eo b
haberet, itē ꝙ officialis notitiam totius fru
buit, & ſuper ſecundo capitulo depoſuit, q
cōducentes frumētū nomine Abraàm hab
lettinum manu fiſcalis, qđ officiali pręſenta
illis licentiā dedit, & in cauſa ſcientię inter
optimè reſpondit: ex quibus apparet, Abraà
buiſſe animū fraudādi. ¶ Tertius teſtis dom
rius officialis cameræ, & datiariorū depoſuit
ficio, qđ gerebat, dediſſe licētiā, & bullettam
Abrahæ conducendi dictum frumentum ſup
dicti Baldaſſaris Doriæ, & ſic non poſſet meli
bare ad fauorem Abrahæ, q̃ probet. Deponit e
cognouiſſe Abraàm uti hominē legalē, iuſtū, d
conſuetum fraudare. ¶ Quartus teſtis Ioannes
nus, qui ſolitus eſt frumenta extra territoriū R
næ conducere, depoſuit conſuetum eſſe inter
qui conducunt, ꝙ ipſi habeant dumtaxat lice
à fiſcali, & denuncient ſimpliciter datiariis ab
ꝙ bullettam aliquam ab eis accipiant. ¶ Quin
ſtis Dominicus Gordius unus de gabellariis
Ioānes proximus teſtis, depoſuit, & bonam d
rationem reddidit. Ex quorum omnium teſt
ctis manifeſtè conſtat de non fraude, & de no
Abrahæ, quinimmò aiunt Abraàm ſatisfeciſſe
tulis, & conſequenter infertur ipſum fore ab
dum, & pręſertim ex quo, ut dictū fuit, ipſe p
ſcali mandatū, & licentiā obtinuerat, cuius co
ſita eſt in proceſſu charta 187, & ulterius facta
des, ꝙ Abraàm ipſis gabellariis denunciauit, a
per plures teſtes, de quibus ſupra, probatum e
illis licentiam, & bullettā habuit & quamuis B
ſar Treſſius dixerit bullettā fuiſſe pręſentatam
quam nauta ex portu profectus eſſet, tamen
eſt credendum, ut latius dictum eſt, & maximè
to, ꝙ datiarii, ſuique officiales deponunt de li
petita, & conceſſa, de qua etiam apparet ex li
ſorum publicanorum, qui die quarta Augu
braàm debitorem crearunt. ¶ Et licet iuxta
rem conſilii excellentiſs. domini Petrę ſent

24 demnatoria contra Abraam lata fuerit, tamen † dicta ſententia fuit ipſo iure nulla, quia lata fuit, poſtquam Abraam iudicem, & do. Conſultorem ſuſpectū legitimè, & ex iuſta cauſa allegauerat cum proteſtatione, ꝙ in negotio principali ad ulteriora procedēdū nō eſſet, alioquin ꝓteſtatus fuit de torto, & de applone, & de aſſumptione arbitrorū, ut ī ꝓceſſu ſi, quæ ꝓteſtatio, & appľatio poſt allegatā ſuſpitionē operātur, ut qcqd poſtea factū fuit ī negotio principali, ſit ipſo iure nullū, & irritū, ēt ſi uſque ad ſnīam incluſiuè ꝓceſſum fuiſſet, ut eſt tex. clarus, & not. ī c. ſuper quæſt. in fi. uer. & ſcriben. ibi extra, de appella. q̄d deinde ꝑ cōſtitutiones Marchiæ, quæ ſunt in uiridi obſeruātia, renouatū, ſeu plenius ꝯfirmatū fuit, ut hīr in ꝯſtitutione poſita ſub rub. de obſeruatione termini Angelinæ, &c. Partes igitur Magnifici, & excellentiſs. do. Iudicis, cui cauſa cōmiſſa fuit, ſunt pronūciare, & declarare ſnīam, ut ſupra, latā ad ꝯſilium ꝑfati do. Petræ fuiſſe, & eē nullā, & ipſo iure irritā, & ſucceſſiuè abſoluere dictū Abraā ab inqſitione ꝯ eū formata, & ab omnibus ꝯ ipſum Abraā petitis, partē que aduerſam tanquā temere litigātē in expenſis iuſte factis cōdemnare. In reliquis ad ea, quæ excellentis. Gordius ad fauorem dicti Abrahæ deduxit, me remitto, illiſque penitus adhęreo. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Matrimonia debent eſſe libera ab omni coactione, & pœna, & plena ſecuritate gaudere, & quomodo hoc procedat, nu. 22.*
2 *Contra matrimonium contractum contra promiſſionem factam pœna non incurritur: contra num. 22.*
3 *Subditus ratione bonorum eſt largè, & impropriè ſubditus, ſi alibi domicilium habeat.*
4 *Subditus ratione bonorum, contractus, uel delicti tātum non poteſt de crimine, uel de alio perſonaliter conueniri, aut diſtringi per iudicē illius loci, niſi tibi perſonaliter reperiatur, & nu. 7.*
5 *Crimen proditionis, ſeu rebellionis aduerſus principe non poteſt per non ſubditum ratione domicili committi, quamuis alias eſſet ſubditus ratione rerum, uel delicti, uel aliter: Quod declaratur, num. 17. uſque ad num. 20.*
6 *Vaſallus principis ratione feudi tantum ſubditus non poteſt aduerſus dominum ſuum crimen læſæ maieſtatis committere:*
Et quando hoc ſit uerum, num. 17. uſque ad num. 20.
8 *Fidem fallere, & non ſeruare eſt graue, & deteſtabile,*
9 *Et eſt contra publicam utilitatem.*
10 *Fidem datam maximè principi frangens, aut frangi procurans qua pœna puniatur.*
11 *Principis factum ex certa ſcientia improbare eſt crimen quaſi ſacrilegij, & quomodo punitur.*
12 *Proditorie facit, qui fingens ſe amicum alicuius illum, ut inimicum tacitè, & ſecretè tractat.*
13 *Quid, ſi hoc cōtra principem ſuum faciat, et qua pœna puniatur.*
14 *Relegationis pœna hodie quæ ſit.*
15 *Rebellis efficitur ſubditus quomodocunque, qui tanquam inimicus occultus contra honorem principis ſui aliquid machinatur, & quomodo puniatur.*
16 *Iniuria grauis, & atrox dicitur reſpectu perſonæ, cui, & à qua infertur:*
17 *Proditionis, & læſæ maieſtatis crimen aduerſum principem quando etiam per non ſubditum ratione domicilij committatur, & contra eum procedi poſſit, & quando non.*
18 *Maieſtati principis ſe principaliter opponens crimen læſæ maieſtatis committit, etiam ſi non ſit ſubditus.*
19 *Maieſtas principis, & magiſtratus in quo conſiſtit, & quomodo lædi dicatur.*
20 *Rebellionis, ſiue læſæ maieſtatis crimen committitur machinādo aliquid tàm contra perſonam, quàm cōtra honorem principis.*
21 *Subditus eſt, & cenſetur ille, qui facit, & habet ea, quæ ſolum à ſubditis fiunt, & habentur.*
23 *Pœna in ſponſalibus, & matrimonijs contrahendis quando ſtipulari, & promitti poſſit.*

Conſilium CLXV.

EPITOME.

Proditionis, & rebellionis crimē cōmittere illū, qui cōtra fidē, & promiſſionem principi ſuo datam etiam in matrimonio cōtrahendo, & cōtra honorē ipſius principis aliqd machinatur, & facit, & de tali crimine poſſe cōtra eū ad pęnā etiam perſonalē procedi, quamuis is eſſet ſubditus ſolum ratione bonorum, & non domicilii, hic demonſtratur.

CASVS CONSILII.

QVIDAM *dominus Bernardinus ſubditus Illuſtriſſ. do. Aloyſii de Gōzaga ſatis amplas facultates habens, & unicā filiam, quam alicui nobili nuptui tradere cupiebat, cum à pluribus, & diuerſis ſæpius fuiſſet requiſitus, ut illā diuerſis matrimonio collocaret, tandem poſt multa ſpōte, & ex pura, mera, ac libera uoluntate ſua promiſit, & ſpopondit præfato Illuſtriſſ. do dictam eius filiā nuptui tradere cuidā nepoti ipſius Illuſtriſſ. do. & ita ipſe pro dicto eius nepote, illiusq́; nomine promiſſionē, & ſponſionē à dicto do. Bernardino acceptauit, qui ei promiſit nulli alij nuptui daturum eius filiam, quā dicto ſuo nepoti, & ita publicè, & palam dicebatur, ac reputabatur matrimonium fuiſſe cōtractum mediante dicto Illuſtriſſ. do. inter filiam præfati do. Bernardini, & nepotem prædictum: Quinimmò ſecundum ea, quæ proponuntur, dona, & munera hinc inde facta fuerunt in ſignum matrimonij futuri, & ſponſaliorum contractorum cum maximo tunc honore dicti Illuſtriſſ. do. Demum quidam Paris ſubditus ſaltem ratione bonorum poſitorū in diſtrictu, & territorio præfati Illuſtriſſ. do. & fortè ratione cōuentionis, ſeu priuilegij, ut ipſe Paris prætēdit, neſcitur, quo ſpiritu, niſi fortè animo iniuriandi præfatum Illuſtriſſ. dominum, & uenīedi cōtra honorem, & bonam famam eiuſdem, & tanquā occultus illius inimicus perſuaſit dicto do. Bernardino, ipſum fallacijs, & malitijs inducendo, ut filiam ſuam filio ipſius Paridis deſponſaret, ac nuptui traderet, non obſtante promiſſione facta dicto Illuſtriſſ. do. & fide eidem data,* dicendo, laſſate pur far à me cō il Signore, voglio io queſta cura. *Quæ cum agerentur, & tractarentur cōtra honorem, & in opprobriū dicti do. ipſe Illuſtriſſ. do. ad cuius aures hæc peruenerunt, amicabiliter, & fraternè ſæpe dictum Paridem, ac etiam do. Bernardinum monuit, ut ab his deſiſterēt, & benè conſiderarent, ꝙ hæc omnia directè cōtra honorē ſuū tēdebāt, pluraq́; alia illis expoſuit, propter quæ dictus Paris ſe excuſauit, & finxit lōgius ire, ac promiſit ſe nihil ſine cōſenſu, & uoluntate illius facturū, neque in hoc, neq; in alijs ſe quicquā curaturū, propter quod honor ipſius domini in aliquo poſſet denigrari, quòdq́; ſe omnino ab inceptis abſtineret, & ſic diceſſit, & ilico fraudulēter, et occultè, inſcio præfato Illuſtriſs. do. ipſe Paris perſuaſit dicto do. Bernardino, ut nō attētis uerbis Illuſtriſſ. do. nec promiſſione illi facta, nec fide data, filiam ſuam illius filio nuptui traderet, & ita cōcorditer ipſi nomine ſuorū filiorū ſponſalia per uerba de futuro, et per publicum inſtrumentū contraxerunt: Quod cum ad notitiam præfati Illuſtriſſ. do. perueniſſet, commiſit ad ſe uocari do. Bernardinū, & mediāte iuramēto interrogari, quare fidem datam Illuſtriſſ. do. uiolauerit, & promiſſionē nō ſeruauerit, cum hoſti etiā fides ſit ſeruāda, qui reſpondit, prout in quibuſdā ipſius do. Bernardini*